Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35450
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Deus unus est Gal. 3.
Nos videmus ad sensum quod
sponsa copulata viro
dilecto illum solum pre omnibus
aliis preponit Sic beatus apostolus tu-
simus omnes uni viro scilicet Christo deo de-
sponsati illum solum pre omnibus dili-
gendum nos dirigit in verbo propo-
sito Quod dicit deus unus est Circa
quod veniunt ad maiorem doctrinam tria scien-
da que exiguntur quod faciunt deo homi-
nem uniri perfecte Primum est recte vo-
luntatis ordinacio Nos videmus
ad sensum quod alique duo sunt bene
ordinata et quieta que talia
dicimus bene unita sicut patet de du-
obus lignis per carpentarium
apte iunctis Consimiliter voluntas
nostra tunc dicitur bene ordinata quando
ad hoc se habilitat ad quod est
ordinata Nunc autem sic est quod
voluntas hominis ad hoc est ordi-
nata ut suo creatori se subiciat
et semper in omnibus sue voluntati
se conformet Voluntas autem dei
maxime in hoc consistit ut quilibet
homo bona sua voluntate mandata
ipsius custodiat iuxta illud psalmi Tu
mandasti mandata tua custo-
dire nimis Quod sic debet se habere
homo ut omnia que scit deum velle
ipse velit Et que scit deum non velle
ea ipse non velit Et quando voluntas
hominis isto modo est ordinata tunc
fit unio inter deum et spiritum hominis
iuxta illud apostoli Qui adheret
deo fit unus spiritus cum eo Et bene
exponit Augustinus dicens Semper
voluntate dei faciens unus spiritus
est cum spirituali deo Quod sic dulcis
odor trahit apem ad florem
sic bona et ordinata voluntas
trahit deum ad animam ut per suam
dulcissimam habitacionem ei uniatur
quia talis est anima quod deo spirituale
regnum dei efficitur Unde dicit bene
super illo verbo salvatoris Regnum
dei intra vos est Luce 17 Quod
est hoc regnum Hanc libera
voluntas hominis ita se conformans
voluntati dei ut nihil velit quod
sciat ei displicere Et talis confor-
mitas voluntatis non solum magnam verum
facit unionem inter deum et animam
Unde ubi non est ista conformitas
ibi non potest esse ista unio Ideo
quia ubi due voluntates est dua-
litas ubi dualitas ibi multipli-
citas Ubi multiplicitas est nulla
est unitas Ubi autem est vera unio
ibi concordia est in voluntate
Immo adeo fortis fit hec unio
inter deum et animam quia nulla creatura
aliud deum ab anima potest separare
nisi sola voluntas propria Quod extra
ora menti auferri potest sed non
eterna Unde dicit Gregorius Potest homo
invitus amittere temporalia numquam
nisi volens amittit eterna Unde
cum deus sit eternus non potest invitis
auferri nec loco elongari cum
sit ubique et sic loco nec primum
impediri cum sit intra et intra
omnem rerum Et ideo inter spiritum et
animam non potest iniqua venire me-
dius Et ideo dicit Augustinus Domine te
nemo amittit nisi prius te
dimittat nemo te dimittit
nisi ipse velit Unde non quod nihil
ita difficile potest dimitti sicut
deus quem numquam nisi voluntate dimittit